



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatvs
Tres spirituales**

Arias, Francisco

Coloniæ Agrippinæ, 1603

Cap. 13. Beneficio mortificationis orationes nostras reddi efficaciore ad
impetra[n]da Dei munera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59574](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59574)

ille subueniat, ut placeam oculis eius,
 ut delectem suauitatem eius. Nam
 victima excrucietur, ut in aram im-
 ponatur.

CAPVT. XII.

Quod beneficio mortificationis oratio-
 nes nostrae efficaciores reddantur ad
 impetranda Dei dona &

moneta.

QVANDO infans à matre postu-
 lat puppam, suumque deside-
 rium tantum signis & nutibus
 declarat, nonnunquam mater aut renuit
 ei porrigere, aut differt: at quando po-
 stulat cum lacrymis, non potest se melius
 continere, quin confestim eam tra-
 dat. sic homo quando à Deo in oratio-
 ne postulat dona aliqua vel beneficia
 spiritualia, sed verbis tantum & sim-
 plici desiderio ea obtinendi, non fac-
 ile impetrat, quemadmodum quoti-
 diana nos docet experientia. Quoties
 enim virtutem humilitatis, patientiae,
 caritatis, tentationis alicuius victoria,
 pacem cordis, precandi donum, fidei
 augmentum, supplices à diuina matre

MORTIFICATIONE. 231

state petiuimus, & tamen consecuti nō
sumus, nisi fortè post diuturnum tem-
pus? Dū uerò cū studio precandiconiū-
gimus carnis, cupiditatumq; nostra-
rum mortificationem, & coram Deo
nos affigimus, citius & certius, am-
pliori q; copia, postulata impetramus.
Cuius rei causa est, quod dum morti-
ficatio sui ab oratione abest, homo nō
eo modo quo deberet se ex parte sua
comparat ad recipiendam diuinā gra-
tiam, quæ facientibus, quod in se est, &
sibi ipsis imperantibus semper parata
est. Deinde Deum mouere ad sua cha-
rismata impertienda id cum primis so-
let, si videat ea magni fieri, & cupidè
expeti, impetrataque magno cum stu-
dio conseruari: idcirco enim suorum
donorum largitionem sæpe differt, ut
in oratione perseverans desiderium
accendat magis, & assimet rem petita
pluris, impetratamq; tandem vigilan-
tius custodiat. Accedit, Deum, yti ma-
gnoperè amat hominem iustū, dum
cernit eum affigi desiderio rei postu-
latae, commiseratione motum libera-
lius & libentius dona sua celestia, quæ
ad salutem uel necessaria, uel conue-

N s nientia

cientia sunt, in tales effundere.

Quoniam verò huius rei notitia plurimum valet ad salutem nostram promouendam, spiritus sanctus eavoluit illustrissimis viris que testamenti exemplis confirmari: è quibus pauca commemorabimus; si modò in mentè reuocetur, quod initio monuimus, in sacra scriptura nomine ieiunij, sicut & in scriptis S. Patrum, crebro omnem carnis castigationem comprehendendi. Nobilis illa IVDITH, & vniuersa cum ea Bethulie ciuitas, cum sui patrocinium à Deo postularent, & contra inimicos victoriam, non orationi vacârunt modò, sed etiam ieiunauerunt, cilicij se induerunt, cinibus capita asperserunt, alijs que modis corpora sua afflixerunt, & impetrarunt quicquid petiuerunt. Regina Hester, cum omnibus viris & mulieribus Iudæis, quotquot in ciuitate Susa degebant, vt orationibus suis à Deo impetrarent ne sententia mortis in omnes decreta effectū suum consequeretur, monitis Esther triduo ab omni cibo & potu abstinere, sacris se operuere, & carnem afflicere. Et mox felix

Tractatus

cap. 1.

Iud. 9.

Est. 4.

MORTIFICATIONE. 183

felix successi: exitus. Rex Iosaphat, cū 2. PAR. 28.
toto suo exercitu, omnibusque re-
gni Iuda principibus, vt liberaretur
à summo discrimine, quod inter me-
dios hostes adierat, totum, vt loquitur
diuina Scriptura, se ad orandum contu-
lit, & pradicauit ieiunium in vniuerso
Iuda. DANIEL quoque prophe *Dan. 9.*
ta ad obtinendam pro populo suo li-
bertatem, aliaque dona, non orationi-
bus modo, sed etiam seuerissimo ieiu-
nio se dedit, abstinens à vino, carne,
& pane delicato, cōtentus herbis, alijs-
que edulijs vilissimis. Quo mortifica-
tionum genere non solum à Deo im-
petrauit vt populus longa illa seruitu-
te solueretur, sed etiam promeruit
multorum mysteriorum patefactio-
nem, & diuinam consolationem ab
angelo. Ac vt constaret orationi
eius vim & efficaciam illam à mor-
tificatione accessisse, Angelus in hæc *Cap. 10.*
verba locutus est. Noli metuere Da-
niel: quia ex die primo, quo posui-
sti cor tuum ad intelligendum, vt te
affligeres in conspectu Dei tui, exaudi-
ta sunt verbatua. In hoc exemplo
quidò apparet mortificationis virtus
quæ

quamque salutaris sit eius cum oratione copulatio, ut animaduertit B. Theodoretus. Exemplo inquit, Ebnielis, qui contemptis vnctionum delictijs, pane, carne, & vino abstinuit, solisque vixit leguminibus, discimus, quam salutaris & fructuosa sit mortificationis sp̄te suscepta, quia ieiunio, afflictioniq; illi preces iungens, impetravit quod voluit.

QVI A vero idem Spiritus Sanctus noui testamenti Patres plenius instituit, quam instituerat in veteri, eodem Spiritu deprehendimus utrosque duetos. De Apostolis, Ecclesijsq; primoribus non semel commemoravit B. Lucas, eos dum orationi incumbere, precibus adiunxisse, ieiunia. Cum & Paulus & S. Barnabas prædicatū mitterentur Seleuciam, & alijs, ita ordinare Spiritu sancto, tunc ieiunantes, inquit, & orantes, imponentesq; eis manus, dimiserunt illos. Et cum idē Paulus & Barnabas Antiochia discederent, ait. Et cum constituisset illis per singulas ecclesias presbyteros, & orasset cum ieiunationibus, commendauerunt eos domino, in quem crediderunt. Hic fuit Apollō;

MORTIFICATIONE. 285

Apostolorum mos, ieiunium, aliasque mortificationes iungere precationibus, idemque eorum exemplo docti postea omnes sancti in Ecclesia fecerunt; quibus, uti lumen gratiæ diuinæ excellentius vberiusque in noua quam in veteri testamento fuit communicatum, sic non dubium est, maiorem eorum mortificationem fuisse.

De S. Martino refert Severus Sulpitius, etsi vita eius fuerit continua que-
Sul. in eius vita.
dam mortificatio, tamen, cum pro arduo aliquo negotio preces erat ad Deum instituturus, ut postulata facilius impetraret, opera penitentiae mortificationisque adauxisse. Euerfurus enim delubrum quoddam idolorum, in abditum locum orandi causa se recepit, triduumque ipsum cilicio indutus & cinere conpersus, in oratione perdurans promeruit, ut duo angeli operam suam in subuertendo delubro præstarent. Acturus item de rebus ad cultum diuinum pertinentibus cum Valentiniano Imperatore, cum aditum postularet, indignissime repulsam passus est. Quid faceret vir sanctus? Ad consuetam suam arma cõfugit. Sacco am-

ctus, & cinere resperfus, cibo omni & potu abstinēs se in preces dedit. Septimo die astitit precāti angelus, monuit quē ut iterato accederet Imperatorem. felicem fore successum. In viam se dat, patentes omnes palatij portas inuenit, Imperator eo conspecto ira succensus exclamat, hominem arceant, non dignatur è sella sua surgere; mox miraculose estuare cepit Imperator, ac si ignis sella subiectus esset; ita animaduertē censuram diuinam mente mutata omnibus sancti viri postulatis vltro subscripsit.

*In hist. reli
giose. 2.*

NARRAT & B Theodoretus de sanctissimo monacho Iuliano multis miraculis claro, cum Cyrenses Catholici in ciuitatem magnā venissent, propter hæreticos, qui, hæresiarcha quodam autore, suis cōcionibus multos è populo à vera fide abducebant, eos ad dictum S. Iulianum perfugium suum habuisse: qui non aliud consilium afflictis suggessit, quàm ut supplices in ieiunio & planctu ad diuinum numen confugerent. Consilio paruerunt, eoque ipso die quo diuinæ maiestatis opem implorauerunt exau-

MORTIFICATIONE. 287

exauditi sunt, hæresiarcha repente
quodam morbo miserabiliter extrin-
cto. Hic fuit sanctorum spiritus, hoc
ex sacris scripturis didicerant, hoc
Deus eis inspirarat, hoc experientia
probant, nempe orationem mor-
tificationi associatam multò effica-
ciorem reddi ad quidvis à Deo im-
petrandum. Vnde S. CYPRIANVS.
*Quotquot, inquit, vires vir-
tutum vidimus, quoties aliquid à
DEO obtinere conati sunt, ieiunijs
incubere & lacrymis, & pernoctan-
tes in orationibus, cilicij carni heren-
tibus supplices beneficia postularunt, nec
aliquid magnum unquam moliti sunt,
nisi prius abstinentia precessisset.*

Cum ergò hæres sic tam certa, &
à Sanctis toties frequentata, meri-
tò cum amore & sollicitudine com-
plecti debemus hoc mortificationis
exercitium. Vnde & hoc loco no-
tandum est, sicut qui peccato lethali
obnoxius est, non idcirco debet pre-
candi studium cum desiderio emen-
dandæ vitæ defugere; cum ipsa ora-
tio valeat ad impetrandam conuersio-
nem.

nem: sic qui mortificad. studium nec-
 dum cōplexus est, nō debet idē ab o-
 rādi consuetudine abstinere, cum i-
 ipsa oratione Deo cum pijs desiderijs
 oblata à Deo & voluntatem & vires
 mortificationis exercendæ consequi
 possit. Nam etsi mortificatio orationi
 maximum præsidium afferat, tamen
 ipsa oratio idē non destituitur sua vi
 & impetrandi & merendi, si aliæ con-
 ditiones necessariæ non desint.

CAPVT XIV.

*Mortificatione speciatim in usu orationis
 nem, eorū, obtineri puritatē lumenque
 internum res diuinas con-
 templandi.*

ET SI mortificatio qualicunque
 orādi modo & formæ suam vim
 & efficaciam conciliet, peculiaritè
 tamen affert orationi mentali, quan-
 do in silentio de rebus cælestibus cō-
 mentamur. Vt enim oratio illa in-
 tuatur, que ad modum oportet, ma-
 gnā postulat animi puritatē & ni-
 terē. Siquidem precatio mentalis non
 est aliad, quàm spiritualis diuinorum
 myste-